

fanè relationem seu *unionem* qualis est *inter memoriale & rem commemorandam*, inter *signaculum & rem signatam*, facile quivis intellexerit; at *unionem per indistantiam*, inter ea que distare aperte videt, significari, nemo nisi longè aliter sermo instituitur, divinaturus sit.

2. *An per vocem HOC, significetur panis & vinum?* A. Certum enim est verba institutionis resolvi posse in has propositiones: *Panis est corpus, vel communio, corporis, 1. Cor. 10. 16. Vinum est sanguis. Calix est novum testamentum. 1. Cor. 11.* Aliæ expositiones 1. minùs sunt certæ, & 2. discedentes ab usitato & literali loquendi modo, & 3. seipsas invicem ferè evergentes.

GREGOR. DE VALENTIA, in *Sum. Th. Tom. 4. d. 6. q. 6. p. 2.* sex enumerat Pontificiorum expositiones 1. *Prima* est Alexandri Hall. & Marsilii.

Hoc,